59

GABRIEL JOANNES JUNOSZA A Po=
dosie PODOSKI Dei & Apostolicæ Sedis Gratia Archi-Epi-
scopus Gnesnensis Legatus Natus Regni Poloniæ & M.
D. Litt.ª Primas Primusq; Princeps

Dilecto Nobis in Christo Illustri & Magnifico Ioanni Mączyński Castellano Siradi-
ensi Salutem in Domino. Consolationi Spirituali D. V.ª quantum cum Domino possu-
mus consulere cupientes, ut liceat Presbyteris tam Sæcularibus quam de licentia
suorum superiorum Regularibus non tamen quomodo=libet ab exercitio suorum
Ordinum & Ministerio Altaris prohibitis in Capella Privata Palatij Villæ Pie-
kary Skeczniovìensis Parochiæ decenter ad hoc extructa, & ab usibus profanis,
& domesticis perpetuo libera per Ill.rem Decanum loci benedicenda, quatenus
adhuc benedicta non fuerit, loco ejusdem Capellæ Aqua benedicta asperso, be-
neq; proviso ne ibi aliquod evidens suboriatur periculum Cereis Candelis ac-
censis, alijsq; juxta Ritum S.æ Romanæ Ecclesiæ Cæremonijs adhibitis, posito
Altari Portatili debite consecrato & adornato, unum dumtaxat, uno quoq; die
(: non obstantibus quibusvis quorundam Regularium prætentis Privilegijs:)
Missæ Sacrificium (: idq; Festis Nativitatis Domini Circumcisionis, Epiphaniæ,
Resurrectionis, Ascensionis Domini Pentecostes, Corporis Christi, Omnib. Festis
Solemnioribus B.æ V. M.æ & SS. Apostolorum tum Festo SS. omnium, Dominica Palma-
rum, Die Cœnæ Domini, Sabbatho Sancto, & Festis Dedicationis & Tituli Parochi-
alis Ecclesiæ exceptis:) in præsentia D. V. Charissimæ Prolis atq; Familiæ
Aulicæ ad servitia omnino necessariæ, sine minimo Parochialis Ecclesiæ præju-
dicio celebrare Authoritate Nostra Ordinaria & Delegata Apostolica, plenam
damus & Concedimus facultatem. Volumus autem ut subditi eandem Villam in-
habitantes, Familiares & alij ad servitia non necessarij minime liberi per hoc
præsens Indultum Nostrum ab obligatione præcepti Ecclesiæ censeantur. Sed
Diebus Dominicis & Festis Ecclesiam Parochialem ad audienda Divina omni-
no adire teneantur. Præsentibus Literis Nostris hinc ad decursum
trium Annorum Valituris In quorum fidem &c Datt. Varsaviæ in Pala-
tio Nostro, die veneris 17.ma Mensis Junij Anno Domini. MDCCLXVIII.

Gabriel Joannes Archiepiscopus & Primas m.p.

Prorogat na drugie Triennium G. Podoski Archiepus & Primas
m.p.

Jacobus Rybinski Notarius Apostolicus Can: Curel: Pryg: Iudicij
Officij Curiæ Suæ Celsitudinis Primatialis Regens
m.p.

Ao 1768. D. 17 Junij.